



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

**Parisiis, 1644**

Epistola LIV. Gregorii Papae I. Ad Desiderivm Et Syagrivm Episcopos.  
Augustinum & Candidum commendat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15221**

inde pauperum almoniis sanctitate vestra valeat adiuuante proficere. Quia igitur patrimonium ipsum per annos plurimos prædecessor vester tenuit, & collectas apud se pensiones seruauit, fraternitas vestra cuius sint res, vel cui erogentur, consideret; atque eas animæ suæ respectu superscripto filio nostro Candido presbytero nobis restituat dirigendas. Nam valde est execrabile ut quod a regibus gentium seruatum est ab episcopis dicatur ablatum.

## EPISTOLA LIV.

## GREGORII PAPÆ I.

AD DESIDERIVM ET SYAGRIVM EPISCOPOS.

Augustinum &amp; Candidum commendat.

*Gregorius Desiderio Viennenſi, & Syagrio Auguſtodunenſi  
episcopis Galliæ, a paribus.*

**D**e fraternitatis vestræ sincera caritate bene confidimus, quod amore beati Petri apostolorum principis hominibus nostris vestra deuota solatia commonetis; præfertim dum causæ qualitas exigat, vbi etiam sponte concurrere & laborare magis optetis. Indicamus itaque sanctitati vestræ nos Augustinum seruum Dei præsentium portitorem, cuius zelus & studium bene nobis est cognitum, cum aliis seruis Dei pro animarum illuc causa disponente Domino direxisse; cuius relatione quid sibi iniunctum sit subtiliter agnoscens fraternitas vestra ei modis omnibus, in quibus causa poposcerit, impendat solatia, ut boni operis adiutores, sicut decet & conuenit, possitis existere. Ita ergo fraternitas vestra in hac re se deuotam studeat demonstrare, ut bona, quæ de vobis opinione narrante didicimus, vera esse opere comprobemus. Dilectissimum vero communem filium Candidum, cui patrimonium ecclesiæ nostræ commisimus in illis partibus constitutum vobis per omnia commendamus.

EPI-